

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Predicacio i
cum fontibus proximo et primo

Libere enim et sine adulatione ueritatem predicantes,
et gesta prae uite arguentes,
gratiam non habent apud homines.

Ambrosius super illud prima ad Corinthios IIII.:
Vos nobiles et nos ignobiles.

Et usque in hanc horum, id est continue,
id est usque ad hoc tempus,
et esurimus, et sitimus, et nudi sumus;

libere enim et sine adulatione ueritatem praedicantes,
et gesta prae uae vitae arguentes,
gratiam apud homines non habent;
et colaphis caedimur, et instabiles sumus,
quia pro persecutione mutamus loca.

Petrus Lombardus, *Collectanea in epistolis D. Pauli*
– in epistola ad Corinthios, 4.10-14 (PL 191, col.1569A).

libere enim et iuxta fidem ueram sine aliqua adulatione Christum praedicantes
et gesta prae uae vitae arguentes
gratiam apud homines non habebant et colaphizabatur,
id est iniuriis agebantur, et instabiles erant, quia fugabantur,
ne in loco diu manentes plures docerent.

Ambrosiaster, *Commentarius in epistula ad Corinthios prima*, 4.12 (CSEL
81.2, H.I. Volsels ed., p.48, ll.4-8).